

No 50 — accipi d. 22 februarū 1783.

3081.

1

Viro Clarissimo Doctissimoque, Johanni Alberto Euler  
S. C. D.

J. G. De Water, Societati Scientiarum Zeelandicae a Secretis.

12.

Dubium haereo ac plane incertus, an doctissimus Ijcken, paucos ante dies  
tato functus, fecerit Tibi, Vir celeberrime, copiam Programmatij, quod  
hoc ipso anno Societas Scientiarum Zeelandica in lucem edidit.  
Viduum itaque mihi fuit, adnuente Amplissimo Praedice, istius  
Programmatij exempla aliquot ad Te mittere, ea spe fore, ut  
Tua cura perferantur nonnulla ad Academiam Scientiarum Petro-  
politanaam, quae floreat diu vigeatque. Tibi vero, Vir Maxime,  
et Societatem Zeelandicam et me ipsum commendatissimum  
velim. Neque est quod addam, longe gratissimum fore, si specimen  
quoddam Summae Tuae eruditionis ad nos curabitur, commentariis  
Zeelandicis inserendum, quos Pater Tuus, Vir honoratissimus, nuper,  
ime egregium in modum ornavit. Me autem si Tua amicitia non  
indignum censebis, erit quod maxime laeter. Vale, Vir Clarissime, et,  
nos facis, altioris disciplinae feliciter promove. Dabam Medioburgi

xxvii Decembrij MDCCLXXXII.

308

Monsieur

Monsieur Euler, Secrétaire  
perpétuel de l'Acad. des Sciences,

St. Pétersbourg